succeſſoribus desiderat servari, proculdubio anteceſſorum suorum statuta custodire et observare tenetur. can. Iustitiæ 25. q. 1. Ideo Clariſſimus Profeſſor hocce Collegium ingrediens antequam ad illud et ejus privilegia ac emolumenta admittatur, super Statutis Collegij ac etiam Facultatis omnibus et singulis servandis, secretis non revelandis et bono Collegij ac Facultatis promovendo, ſtipulatam manum, quæ vim juramenti habebit, Clariſſimo Domino Collegæ pro tunc Convocationi præsidenti sub pœna non admiſſionis ad Collegium dare debet. Id enim, quod contra bonos mores non injungitur, pro eorum, inter quos vivitur, societate servandum est. can. Illa autem. dist. 12.

STATUTUM XV.

De Seniore ad Contuberniũ Iurisperitorũ vocando.

Quandoquidem privilegio Reverendiſſimi

olim Joannis Konarski, Episcopi Cracovi:
ensis, Die prima Mensis Junij 1519. in Sta:
tuto Universitatis Rectoratu Magnifici
olim Joannis de Pilca Die 24 Mensis Au:
gusti 1491. formato præscriptum sit, ut Se:
nior Bursæ Juristarum inter alios, cùm lo:
cus vacat in Collegio, prior ad vocandum de:
beat esse; ideo statuimus et Perillustrem ex
Collegio Nostro Juridico Ecclesiæ Cathedralis
Crac. Canonicum, uti et tanquam dictæ Bur:
sæ Provisorem natum, hoc Statuto obligatu
haberi conamur, quemadmodum obligamus,
quatenus vacante senioratûs præfatæ Bur:
sæ Professione, virum talem per Universi:
tatem eligendum proponat, qui in Utroq; Ju:
re per exauditas Lectiones exercitatus fu:
erit et examen post vocationem sui ad Bur:
sam seu Contubernium, coram CC. Doctori,,

bus Iuridicum Collegium inhabitantibus ante Principiaturam more Collegarum voca: torum (: ùt supra præmiſſum est :) sub nullita: te suæ ad Contubernium vocationis subire : sit adstrictus. Quæ enim ad perpetuam utili tatem instituta sunt nulla debent immutati: one variari. <u>can. Quæ ad perpetuam. 25. q. 1.</u>

STATUTUM XVI.

De Tempore lecturæ D. Senioris Bur: sæ Iurisperitorum et non usurpatione eorum, quæ spectant ad formales Colle: gas Iuridicos.

Quanquam Senior Contubernij Iuris: peritorum gratiâ prælegendæ Lectionis Regu: larum Iuris diebus Sabbativis, Pervigilio- rum ac silentij tempore ad Cathedram CC. Profeſſorum Iuris secundùm antiquam = praxim et consuetudinem admittatur et